[PART I]

: I :

Ad Socratem suum.

1 Quid vero nunc agimus, frater? Ecce, iam fere omnia tentavimus, et nusquam requies. Quando illam expectamus? ubi eam querimus? Tempora, ut aiunt, inter digitos effluxerunt; spes nostre ve-
2 teres cum amicis sepulte sunt. Millesimus trecentesimus quadragesimus octavus annus est, qui nos solos atque inopes fecit; neque enim ea nobis abstulit, que Indo aut Caspio Carpathio ve mari restaurari queant: irreparabiles sunt ultime iacture; et quodcunque mors intulit, immedicabile vulnus est. Unum est solamen: sequemur et ipsi quos premisimus. Que quidem expectatio quam brevis futura sit, nescio; hoc scio, quod longa esse non potest. Quantula-
3 cunque sane est, non potest esse non molesta. Sed a querelis saltem in principio temperandum est. Tibi, frater, quenam tui cura sit, quid de te ipso cogites, ignoro; ego iam sarcinulas compono, et quod migraturi solent, quid mecum deferam, quid inter amicos partiar, quid ignibus mandem, circumspicio. Nichil enim venale michi est. Sum sane ditior seu, verius, impeditior quam putabam: multa michi scriptorum diversi generis supellex domi est, sparsa quidem et neglecta. Perquisivi situ iam squalentes arculas, et scripturas carie semesas pulverulentus explicui. Importunus michi mus nocuit atque edacissimum tinee vulgus; et palladias res agentem

PART I

ON HIS LETTERS

: I :

To his Socrates.

So what are we to do now, brother? Look, we have already tried 1
almost everything and nowhere found rest. When do we expect it and where do we look for it? As they say, Time has flowed through our fingers;[1] our hopes are buried with our friends. The one thou- 2
sand three-hundred and forty-eighth year has made us alone and penniless,[2] but it has not robbed us of the sort of goods that can be replenished from the Indian or Caspian or Carpathian sea;[3] the most recent losses are irreplaceable and each wound that death has contributed is incurable. There is one consolation: we will ourselves follow those we have sent ahead. I don't know how short this time of waiting will be; I only know that it cannot be long. However long it is, it is bound to be troublesome, but we ought to 3
refrain from laments, at least in the beginning. As for you, brother, I do not know what concern you have for yourself or what you are thinking about yourself, but I am already packing my baggage and, as men do when about to move house, looking round to see what to take with me, what to share among my friends, and what to consign to the flames. For I have nothing that I can sell. Clearly I am more amply supplied or, more truly, more hampered than I thought; I have a lot of written material in different genres, but scattered and neglected. I have looked through boxes now dirty with neglect and, covered myself in dust as I unwrapped writings half eaten by decay. The pestering mouse has done me damage and the greedy tribe of moths; and because I have been doing Pallas'

4 inimica Palladis turbavit aranea. Sed nichil est quod non frangat durus et iugis labor. Confusis itaque circumventus literarum cumulis et informi papiro obsitus, primum quidem cepi impetum cunta flammis exurere et laborem inglorium vitare; deinde, ut cogitationes e cogitationibus erumpunt, 'Et quid' inquam, 'prohibet, velut e specula fessum longo itinere viatorem, in terga respicere et gradatim adolescentie tue curas metientem recognoscere?' Vicit hec sententia; sicut enim non magnificus, sic non inamenus
5 labor visus est, quid quo tempore cogitassem recordari. Sed temere congesta nullo ordine versanti, mirum dictu quam discolor et quam turbida rerum facies occurreret; ut quedam, non tam specie illorum quam intellectus mei acie mutata, vix ipse cognoscerem; alia vero non sine voluptate quadam retroacti temporis memoriam
6 excitarent. Et erat pars soluto gressu libera, pars frenis homericis astricta, quoniam ysocraticis habenis raro utimur; pars autem, mulcendis vulgi auribus intenta, suis et ipsa legibus utebatur. Quod genus, apud Siculos, ut fama est, non multis ante seculis renatum, brevi per omnem Italiam ac longius manavit, apud Grecorum olim ac Latinorum vetustissimos celebratum; siquidem et Athicos et Romanos vulgares rithmico tantum carmine uti solitos
7 accepimus. Hec itaque variarum rerum tanta colluvio aliquot me diebus occupatum habuit; et licet dulcedine non parva atque amore ad proprias inventiones insito retraherer, vicit tamen caritas maiorum operum, que iam diutius interrupta, non sine expectatione multorum de manibus meis pendent; vicit recordatio vite brevis. Timui, fateor, insidias; quid enim, queso, fugacius vita est,
8 quid morte sequacius? Subiit animum que iecissem fundamenta, quid michi laborum vigiliarumque restaret: temeritas, imo vero insania visa est in tam brevi et incerto tempore tot longos certosque

business, the spider, Pallas' enemy, has upset me.[4] But there is 4
nothing that hard and unremitting toil cannot break down. So my first impulse, finding myself beset by confused heaps of writing and spoiled paper, was to burn the lot and avoid an inglorious trouble, then as deliberations sprouted from deliberations, I said: "What prevents you, like a traveler wearied by a long journey, from looking back from a viewpoint and measuring the cares of your youth bit by bit, refamiliarizing yourself with them?" This choice won and it proved, if not magnificent, still not unpleasant to recall what I thought at each time. But when I, at random, 5
looked over things casually heaped up, a strangely faded and disturbed picture emerged, so that I scarcely recognized some things, not because of their appearance, but from the change in my understanding, whereas other writings aroused the memory of past time with a certain pleasure. And part of these writings was in prose, 6
part constrained by Homeric bridles, since we seldom use the reins of Isocrates, while some again were aimed at soothing the ears of the crowd and so employed their own rules.[5] This genre, as tradition reports, was revived among the Sicilians a few centuries ago, and quickly penetrated Italy and beyond, a genre once famous among ancient Greeks and Romans, if indeed we are right to believe that ordinary Athenians and Romans used to write songs based on rhythm alone.[6] So this clutter of various matters kept me 7
busy for some days, and though I was drawn back by no small charm and natural affection for my own creations, the precious nature of more important works triumphed, works which had long been interrupted and were withheld by my hands from the expectation of many;[7] the recollection triumphed that life was short. I admit I was afraid of being deceived—for what is more fleeting than life? What more clinging than death? The thought 8
came into my head of the foundations I had laid down, and the toils and watchful nights awaiting me; it seemed like rashness or even madness to embrace such long and undoubted toils in so

labores amplecti, et vix ad singula suffecturum ingenium in diversa distrahere; presertim cum, ut nosti, labor alius me maneat, tanto preclarior quanto plus solide laudis est in actionibus quam in ver-
9 bis. Quid multa? incredibilem forte rem audies, veram tamen: mille, vel eo amplius, seu omnis generis sparsa poemata seu familiares epystolas — non quia nichil in eis placuisset, sed quia plus negotii quam voluptatis inerat — Vulcano corrigendas tradidi. Non sine suspirio quidem — quid enim mollitiem fateri pudeat? —; sed occupato animo quamvis acri remedio succurrendum erat, et tanquam in alto pregravata navis, relevanda preciosarum etiam iactu
10 rerum. Ceterum, illis ardentibus, pauca quidem animadverti in angulo iacentia, que vel casu magis quam consilio servata vel pridem a familiaribus transcripta, cunta vincenti senio restiterant. Pauca, dixi; vercor ne lectori multa, scriptori autem longe nimia videantur. His ego indulgentior fui: vivere passus sum, non illorum dignitati, sed labori meo consulens; nichil enim negotii pre-
11 ferebant. Ea vero duorum amicorum libranti ingenia hac lance partiri visum est, ut prosa tibi, carmen Barbato nostro cederet; sic enim et vos olim optare solitos et me pollicitum esse memineram. Itaque cunta passim occursantia uno impetu vastanti et ne his quidem — ut tunc erat animus — parsuro, vestrum alter ad levam, alter ad dextram adesse visus, et apprehensa manu, ne fidem meam et spes vestras uno igne consumerem, familiariter admonere. Hec illis evadendi precipua causa fuit; alioquin, crede michi, cum reliquis arsissent.

12 Hec ergo, que nunc tibi de virili reliquiarum illarum parte obveniunt, qualiacunque sunt, non solum equo, quin etiam avido animo perleges. Non audeo illud Apuleii Madaurensis in comune iactare: 'Lector, intende: letaberis'; unde enim michi id fiducie, ut

short and uncertain a time, and to distract in different activities an intellect scarcely adequate for each one; especially since, as you know, a different task awaited me,[8] more distinguished since there is more solid credit in actions than in words. Need I say more? 9
You will hear something perhaps unbelievable but true: I gave to Vulcan[9] for editing a thousand or more poems scattered in every genre as well as intimate letters — not that nothing in them pleased me, but because they involved more trouble than pleasure. Not without regret — why feel shame to admit weakness? But I had to ease my preoccupied spirit with some remedy however fierce, and like an overloaded ship on the high seas, I had to relieve it even by the loss of precious cargo. What is more, as they burned, I saw a 10
few works lurking in a corner saved by chance rather than design, or long since copied out by associates, all of which had resisted victorious old age. I said a few, but I am afraid they may seem too many to the reader and far too many to the writer. I was more indulgent to them, I let them live, taking thought not for their merit but for my effort, since they offered no trouble. It seemed a 11
good idea to share them out in this way as I balanced the talents of my two friends, that the prose fell to you and the verse to our Barbato;[10] because you yourselves usually made this choice, and I remembered this was what I had promised. So, although I laid waste in one go to everything that came before me and I was intending not to spare even these, as was my first idea, I saw one of you on my left and the other on my right, seizing my hand and warning me like friends not to burn up in a single fire my credit and your hopes. This was the main cause for their escape, otherwise, believe me, they would have burned with the rest.

So you will read these items, which come to you from the 12
stronger part of those remains, such as they are, not only in a fair, but an eager spirit. I dare not utter that famous remark of Apuleius of Madaura: "Reader, pay attention, you will be delighted."[11] For where would I get that confidence to promise the reader

13 lectori delectationem letitiam ve pollicear? Leges tamen ista, mi Socrates, et ut es amantissimus tuorum, fortasse letabere, cuiusque animum probas, delectaberis stilo. Quid enim refert quanta sit forma nonnisi amantis subitura iudicium? supervacuo comitur que iam placet. Siquid hic sane meum placet, non id meum fateor, sed
14 tuum: hoc est, non ingenii mei sed amicitie tue laus est. Nulla hic equidem magna vis dicendi; quippe que nec michi adest, et quam, si plane afforet, stilus iste non recipit; ut quam nec Cicero ipse, in ea facultate prestantissimus, epystolis suis inseruit certe, nec libris in quibus est 'equabile' quoddam, ut ipse ait, 'et temperatum orationis genus'; eximiam illam vim lucidumque et rapidum et exundans flumen eloquentie in orationibus suis exercuit. Quo genere infinities pro amicis, sepe adversus reipublice suosque hostes usus est
15 Cicero; quo pro aliis sepe, pro se quater et quadragies Cato; quod quidem genus inexpertum michi est; nam et a reipublice muneribus abfui et fama mea, tenui murmure forsan interdum et sibilis lacessita clandestinis, nullum hactenus quod ulciscerer vel vitarem, iudiciarium vulnus excepit; et verbalem ferre opem alienis vulneribus non est nostre professionis. Neque enim aut tribunal ambire aut locare linguam didici, adversante penitus et reluctante natura, que me silentii ac solitudinis amatorem fecit, fori hostem, pecunie contemptorem; sed bene habet, quando me eius rei non egentem
16 fecit, cuius forte inopem fecerat si egerem. Omissa illa igitur oratoria dicendi vi, qua nec egeo nec abundo et quam, si exuberet, ubi exerceam non habeo, hoc mediocre domesticum et familiare dicendi genus amice leges, ut reliqua, et boni consules, his quibus in comuni sermone utimur, aptum accomodatumque sententiis. Sed non omnes tales iudices habebo; neque enim aut idem omnes sentiunt aut similiter amant omnes. Quomodo autem omnibus

pleasure and happiness? But you will read them, Socrates, and, 13
being devoted to your friends, perhaps you will enjoy them and you will be delighted by the style of one whose spirit you love. What does the appearance matter of something that will only experience the judgment of a person who loves it? It's useless to keep adorning something that is already pleasing. If any work of mine pleases you, I confess it is not my merit but yours: that is, the credit is not to my intellect but your friendship. There is no great 14
power of speech here; I don't have it, and even if I had it this genre does not admit rhetoric; even Cicero, most excellent in eloquence, did not intrude it into his letters nor in the books in which there is, as he himself says, "some level and modest kind of diction."[12] He practiced that exceptional vigor, and luminous, and swift, and overflowing river of eloquence in his speeches. He employed it without limit for his friends and often against the enemies of the state and of his own person; just as Cato often spoke eloquently for others and forty-four times on his own behalf[13]—a genre I have not tried. I abstained from public service, and my own repu- 15
tation, perhaps sometimes attacked in faint murmurs and secret jeers, suffered no wound that I should avenge or avoid in the courts: and it is not part of our vocation to provide verbal assistance to other men's wounds. I did not learn to solicit a tribunal and hire out my tongue, since my nature opposed and resisted it, making me a lover of silence and solitude, hostile to the courts and contemptuous of money;[14] but this is good, since it did not bring me to need anything that I might have lacked, had I needed it. So 16
leaving aside that rhetorical power of speech which I neither need nor possess abundantly, which would have no field for its exercise, even if it overflowed, you will read, my friend, this ordinary, intimate and domestic idiom, like the rest, and take it kindly, as fit and proper for the kind of speech that we use in common talk. But I shall not find all judges like you, for neither do all men share the same opinions or love in the same way. How should I please

17 placerem, cui placere paucis semper studium fuit? Triplex est profecto veri iudicii venenum: amor, odium, invidia. Illud autem vide, ne nimium nos amando, vulgare coegeris que melius latuissent; ut enim tibi amor, sic aliis forte aliud officiet. Inter amoris autem et invidie cecitatem, causa quidem plurimum, effectu nichil interest. Odium, quod medio loco numeraveram, nec mereor certe nec me-
18 tuo. Sed fieri potest ut nugas meas tibi habere, tibi legere nilque in eis aliud quam nostros ac nostrorum casus meminisse cogites; in quo rem michi pergratam feceris; sic enim et petitio tua non ne-
19 glecta videbitur et fama mea tuta erit. Alioquin, nisi supervacuo nosmet ipsos favore decipimus, quonam modo amicum licet, nisi sit idem alter ego, lecturum hec sine fastidio arbitremur, diversa invicem et adversa, in quibus non idem stilus, non una scribentis intentio, quippe cum pro varietate rerum varie affectus animus illa dictaverit, raro quidem letus, mestus sepe?

20 Epycurus, philosophus vulgo infamis sed maiorum iudicio magnus, epystolas suas duobus aut tribus inscripsit: Ydomeneo, Polieno et Metrodoro; totidem pene suas Cicero: Bruto, Athico et Ciceronibus suis, fratri scilicet ac filio; Seneca perpaucas preterquam Lucilio suo scribit. Promptum opus et felicissimi successus nosse collocutoris sui animum, unius assuevisse ingenio, scire quid
21 illum audire iuvet, quid te loqui deceat. Michi autem sors longe alia; nempe cui usque ad hoc tempus vita pene omnis in peregrinatione transacta est. Ulixeos errores erroribus meis confer: profecto, si nominis et rerum claritas una foret, nec diutius erravit ille nec
22 latius. Ille patrios fines iam senior excessit; cum nichil in ulla etate longum sit, omnia sunt in senectute brevissima. Ego, in exilio

everyone, since it was always my purpose to please a few? Now 17
there are three forms of poison to true judgment: love, hatred and envy. Make sure that in loving us too much you do not broadcast to the crowd things that would be better hidden; for just as love obstructs you, perhaps another attitude will obstruct others. Between the blindness of love and envy there is a great difference in origin but nothing in consequence. Hatred, which I listed between them, I neither deserve nor fear. But it is possible that you plan to 18
keep our trifles for yourself, and read them for yourself, and recall nothing in them but our experiences and those of our friends, and you will do me a kindness in this; thus your petition will not seem neglected and my reputation will be safe. Otherwise, unless we are 19
deceiving ourselves with unnecessary delusions, how are we to think anyone, even a friend, unless he is also a second self,[15] will read without distaste diverse and contrary sentiments, showing not the same style nor a single purpose of the writer, since the spirit that dictated them was affected in different moods according to the difference of circumstance, seldom joyous and often gloomy?

Epicurus, the philosopher discredited by the crowd, but great 20
in the judgment of greater men, dedicated his letters to two or three friends: Idomeneus, Polyaenus and Metrodorus.[16] Cicero dedicated his to the same number: Brutus, Atticus and his fellow Ciceros, his brother and son.[17] Seneca wrote very few letters except to Lucilius.[18] It makes things easy and guarantees the greatest success when you know the attitude of your interlocutor, when you become accustomed to a specific man's temperament, when you know what it pleases him to hear and what it is proper for you to say. My lot is quite different, since almost all my life up to this 21
time has been spent in travel. Compare Ulysses' wanderings with my own, and even if the fame of our names and circumstances were the same, he did not wander for a longer time nor further afield.[19] He was already fairly old when he left his ancestral terri- 22
tory, and although nothing is long in any lifetime, everything is

genitus, in exilio natus sum, tanto matris labore tantoque discrimine, ut non obstetricum modo sed medicorum iudicio diu exanimis haberetur; ita periclitari cepi antequam nascerer et ad ipsum
23 vite limen auspicio mortis accessi. Meminit haud ignobilis Italie civitas, Aretium, quo pulsus patria pater magna cum bonorum acie confugerat. Inde mense septimo sublatus sum totaque Tuscia circumlatus prevalidi cuiusdam adolescentis dextera; qui—quoniam iuvat laborum discriminumque meorum tecum primitias recordari—linteo obvolutum, nec aliter quam Metabus Camillam, nodoso de stipite pendentem, ne contactu tenerum corpus offenderet, gestabat. Is, in transitu Arni fluminis, lapsu equi effusus, dum honus sibi creditum servare nititur, violento gurgite prope
24 ipse periit. Finis tusci erroris, Pise; unde rursus etatis anno septimo divulsus ac maritimo itinere transvectus in Gallias, hibernis aquilonibus haud procul Massilia naufragium passus, parum abfui
25 quin ab ipso rursus nove vite vestibulo revocarer. Sed quo rapior, oblitus propositi? Inde nimirum usque ad hanc etatem aut nulla prorsus aut rarissima subsistendi respirandique facultas fuit; et quot inter errandum periculorum timorum ve species pertulerim, preter me unum nemo te melius novit. Que idcirco memorare nunc libuit, ut memineris me inter pericula natum, inter pericula senuisse; si modo iam senui, et non graviora michi in senio reser-
26 vantur. Hec autem, etsi comunia sint omnibus intrantibus in hanc vitam—neque enim militia solum, sed pugna est vita hominis super terram—sunt tamen alia alii et longe diversum pugne genus; et quamvis quenque sua pregravent, tamen revera inter eas quibus
27 premimur sarcinas, multum refert. In his ergo vite tempestatibus, ut ad rem redeam, nullo portu anchoram longum in tempus

shortest in old age. Conceived and born in exile, with such strain on my mother and such risk to her that she was long thought to be dead by the midwife and doctors, I began to be at risk before I was born and reached the threshold of life with an omen of death. Arezzo remembers this, that well-known city-state of Italy, where 23
my father had fled, driven from his country with a large train of goods. I was taken away from there in the seventh month and carried around all Tuscany[20] in the arms of a particularly sturdy young man; and since it is a pleasure to recall the first fruits of my toils and hazards with you, I can tell you he carried me, wrapped in a blanket, just as Metabus carried Camilla, hanging from a knotty branch, so as not to bruise my tender young body by contact.[21] In crossing the river Arno he was thrown when his horse stumbled, and in striving to protect the burden entrusted to him, he almost perished himself in its violent eddy. Pisa was the end of 24
my wandering, but again, in my seventh year, I was torn from it and conveyed to the Gallic provinces by sea, suffering shipwreck from the winter north winds, not far from Marseilles; I had barely entered the vestibule of my young life and, once again, I was almost called back from it. But where am I being carried away, for- 25
getting my intention? From then right up to this age there was either no time or only the rarest moments of pause or repose, and no one knows better than you—apart from myself—how many kinds of danger and fears I endured. I faced recalling this even now to remind you that I was born in danger and grew old in dangers—assuming I am now already old and worse things are not being reserved for my senior years. And even if these things are 26
common to everyone entering on this life—for human life on earth is not only campaigning but actual battle[22]—different men experience different things and a very different kind of battle, and though each man's hardships burden him, it still makes a big difference under what burdens we are oppressed. So in these storms 27
of life, to return to the issue, without casting my anchor in any

iaciens, quot veros amicos nescio, quorum et iudicium anceps et penuria ingens est, notos autem innumerabiles quesivi. Multis itaque multumque animo et conditione distantibus scribere contigit; tam varie ut ea nunc relegens, interdum pugnantia locutus ipse michi videar. Quod propemodum coactum me fecisse fatebitur
28 quisquis in se simile aliquid expertus est. Prima quidem scribentis cura est, cui scribat attendere; una enim et quid et qualiter ceterasque circumstantias intelliget. Aliter virum fortem, aliter ignavum decet alloqui; aliter iuvenem inexpertum, aliter vite muneribus functum senem; aliter prosperitate tumidum, aliter adversitate contractum; aliter denique studiosum literisque et ingenio clarum,
29 aliter vero non intellecturum siquid altius loquaris. Infinite sunt varietates hominum, nec maior mentium similitudo quam frontium; et sicut non diversorum modo, sed unius stomacum non idem cibus omni tempore delectat, sic idem animus non uno semper nutriendus stilo est; ut geminus sit labor: cogitare quisnam ille sit cui scribere propositum est, qualiter ve tunc affectus, cum ea
30 que scribere instituis lecturus est. Quibus ego difficultatibus multum a me ipso differre compulsus sum; quod ne michi ab iniquis iudicibus vitio verteretur, partim beneficio ignis obtinui, partim tu michi prestiteris, si clanculum suppressoque nomine ista possederis. Que si inter paucos superstites amicos occultare non potes, quoniam linceos oculos habet amicitia nilque amicorum visui impervium est, admone ut siquid horum apud eos substiterit, quamprimum abiciant, nequa in eis rerum aut verborum mutatione
31 turbentur. Ita enim accidit ut qui hec in unam congeriem redigi nunquam aut tibi ut peteres aut michi ut assentirer, venturum in

harbor for a long time, I do not know how many true friends I have, since their judgment is ambiguous and their number is slender, but I did seek out countless acquaintances. It was my fortune to write to many persons differing greatly in spirit and social position, with such variety that in rereading even now I seem to myself to have uttered contradictions. Whoever has a similar experience will recognize that I have acted under duress. The first concern of 28
a writer is to pay attention to his addressee, so that he will understand along with his correspondent what things occurred, and how, and the rest of the circumstances. One must speak differently to a brave man and a coward, differently to an inexperienced young man and one who has completed the tasks of life, differently to one bloated with prosperity and one reduced by adversity, differently in short to a studious man distinguished in culture and intellect, and quite differently to someone who will not understand if you say anything sophisticated. There are unlimited varieties of 29
men, with no more similarity of minds than of faces, and just as the same food does not always please different men but even the palate of a single man, so the same mind should not always be fed by a single idiom; hence the effort is double: to think who it is whom we intend to write to, and in what mood or when he will read what you have set out to write. I have been forced to differ a 30
lot from myself by these difficulties, and I escaped being reproached by unfair critics partly thanks to that fire, and partly because you yourself will provide this, by keeping this material secret and by suppressing names. If you cannot hide these things from the few surviving friends, since friendship has the eyes of a lynx and nothing is imperceptible to the sight of friends, warn them to throw away as soon as possible any such material as has survived in these writings, so that they are not troubled by any change in word or substance. So as I never suspected that it would 31
come into my mind either for you to request these writings be reduced into a single heap, or for me to consent to it, in shunning

animum suspicabar, laborem fugiens, passim in una dictum epystola in altera repeterem meisque, ut ait Terrentius, pro meis uterer. Novissime, cum multis annis edita et ad diversas mundi plagas ire iussa unum in tempus locumque convenissent, facile deformitas uniti corporis apparuit, que per membra tegebatur, et verbum quod semel in una epystola positum delectabat, in toto opere sepius repetitum fastidio esse cepit: uni itaque relinquendum, de
32 reliquis eradendum fuit. Multa quoque de familiaribus curis, tunc forte dum scriberentur cognitu non indigna, nunc quamvis cupido lectori gravia, detraxi, memor in hoc irrisum a Seneca Ciceronem; quanquam in his epystolis magna ex parte Ciceronis potius quam Senece morem sequar. Seneca enim, quicquid moralitatis in omnibus fere libris suis erat, in epystolis congessit; Cicero autem philosophica in libris agit, familiaria et res novas ac varios illius seculi rumores in epystolis includit. De quibus quid Seneca sentiat, ipse viderit; michi, fateor, peramena lectio est; relaxat enim ab intentione illa rerum difficilium, que perpetua quidem frangit animum, intermissa delectat.

33 Multa igitur hic familiariter ad amicos, inter quos et ad te ipsum, scripta comperies, nunc de publicis privatisque negotiis, nunc de doloribus nostris, que nimis crebra materia est, aut aliis de rebus quas casus obvias fecit. Nichil quasi aliud egi nisi ut animi mei status, vel siquid aliud nossem, notum fieret amicis; probabatur enim michi quod prima ad fratrem epystola Cicero idem ait, esse 'epystole proprium, ut is ad quem scribitur de his rebus quas igno-
34 rat certior fiat.' Atque ea michi tituli fuit occasio; de quo aliquando cogitanti, quamvis epystolarum nomen consentaneum rebus esset, quia tamen et multi veterum eo usi erant et ipse ego varium

effort I would be led to repeat a saying at random from one letter in another, and as Terence puts it, use my own work as my own.[23] Finally, as these letters, written over the span of many years and ordered to reach remote parts of the world, ended up converging in one place, their combination in a single body easily showed the awkwardness that had been concealed in the separate limbs, and a saying which gave pleasure when set down once in a single letter grew wearisome when often repeated in the entire work, and so needed to be left in one passage and uprooted from the others. Again I have suppressed many domestic concerns worth knowing 32
when they were written but now a burden to any reader, no matter how eager. I did this recalling that Cicero was mocked by Seneca for this,[24] although I follow Cicero's practice in these letters more closely than Seneca's. For Seneca piled up in his letters whatever philosophy there was in all of his books. But Cicero pursues philosophy in his treatises, and includes in his letters intimate details and news and assorted gossip of that period. And let Seneca consider what he feels about this, but I confess reading Cicero is most pleasant, because it eases our concentration on difficult matters, and what breaks down the spirit when continuous gives pleasure when intermittent.

So you will find a lot written intimately to my friends, includ- 33
ing material written for you, now about public and private business, now about our distresses (which is too frequent a subject) or other matters which chance has thrown up. I have spoken about nothing else except the condition of my mind, or to make known to my friends anything else I discovered; since I approved of what Cicero said in his first letter to his brother that "it was the task of a letter that the addressee should be informed about what he does not know."[25] And this was the reason for my title. When I medi- 34
tated about this, the name *Letters* was appropriate to the subject matter, since many men of old had used it, and I had also composed a mixed collection of poems to my friends, which, as I

carmen ad amicos, de quo paulo supra mentio incidit, eodem prenotabam, bis eo uti piguit, novumque ideo placuit nomen, ut
35 *Familiarium rerum liber* diceretur. In quo pauca scilicet admodum exquisite, multa familiariter deque rebus familiaribus scripta erant; etsi interdum, exigente materia, simplex et inelaborata narratio quibusdam interiectis moralibus condiatur; quod et ab ipso Cic-
36 erone servatum est. Et hec tam multa quidem de tam parva re loqui, censorum premordacium iubet metus; qui, nichil scribentes quod iudicari queat, de aliorum iudicant ingeniis. Impudentissima temeritas, que solo silentio tuta est: complosis in litore manibus sedenti, facile est ferre quam velit de gubernatoris arte sententiam.
37 Adversus hanc proterviam latebris saltem tuis horridula hec atque improvide nobis elapsa defendito. Illam vero non Phidie Minervam, ut ait Cicero, sed qualemcunque animi mei effigiem atque ingenii simulacrum multo michi studio dedolatum, si unquam supremam illi manum imposuero, cum ad te venerit, secure qualibet in arce constituito.

38 Hec hactenus. Illud libentius, si liceret, silentio tegerem; sed ingens morbus non facile occultatur; erumpit enim et indicio suo proditur. Pudet vite in mollitiem dilapse: ecce enim, quod epystolarum ordo ipse testabitur, primo michi tempore sermo fortis ac sobrius, bene valentis index animi, fuerat, adeo ut non me solum sed sepe alios consolarer; sequentia in dies fragiliora atque humi-
39 liora sunt, neque sat virilibus referta querimoniis. Illa precipue ut occultare studeas, precor. Quid enim alii dicerent, cum ipse relegens erubescam? ergo ego in adolescentia vir fuero, ut in senectute puer essem? Infelix et execranda perversitas: fuit animus vel mutare ordinem vel subtrahere tibi penitus ista que damno! Neutro circumveniri posse visus eras, qui et flebilium exempla et omnium

mentioned a little earlier, I called by the same title.[26] Yet I was unhappy over using it twice, and so I chose a new name, calling it *The Book of Intimate Matters*. In it there are a few things written in 35
a refined style, but many intimately and about intimate matters, even if at times, as the material required, the simple and artless narrative is seasoned with some moral thoughts—a practice observed by Cicero himself. It is my fear of biting censors, men who 36
write nothing that can be judged but pass judgment on other men's intellects, that has led me to say so much about such a small matter. This is the most shamelessly rash behavior, only safe in silence. For a man sitting on the shore applauding has no right to an opinion about the helmsman. So please—at least you—offer a 37
safe shelter against such wantonness to this rough letter that has thoughtlessly slipped from my hands. This is not the Minerva of Phidias, as Cicero says,[27] but the image, such as it is, of my spirit and the likeness of my talent, carved by me with much effort. If I ever set the last hand to it, when you receive it, you can set it up in any citadel you like without anxiety.

Enough of this. I would suppress this other topic if I might, 38
but a great sickness is not easily hidden; it breaks out and betrays itself by its own symptoms. I am ashamed of my life that has sunk into indulgence. See what the actual order of the letters bears witness to: in my early time my speech was sturdy and sober, the mark of a healthy spirit, so that I would console not just myself but others; what followed became daily more brittle and dispirited, and full of complaints, barely worthy of a man. I am asking you to conceal this with especial care. What would other men say, 39
when I myself blush to reread them? So I will prove to have been a man in my youth, but become a boy in my old age? What a wretched and damnable perversity! I had the fancy either to change the order or to withhold what I am condemning completely from you! But it seemed you could not be cheated by either method, since you have the original lamentable material and every

40 cum consule diem tenes. Ad excusationum igitur arma confugio. Lassavit me longo et gravi prelio fortuna. Dum spiritus dumque animus fuit, et ipse restiti et ad resistendum alios cohortatus sum. Ubi hostis viribus atque impetu labare michi pes atque animus cepit, excidit confestim sermo ille magnificus et ad hec que modo
41 displicent, lamenta descendi. Qua in re excuset me forsitan amicorum pietas, quibus salvis ad nullum fortune vulnus ingemui; eisdem mox una pene omnibus ruina obrutis, et mundo insuper moriente, inhumani potius quam fortis visum est non moveri. Ante hoc tempus quis me unquam de exilio, de morbo, de iudicio, de comitiis, de ullis fori turbinibus; quis me de paterna domo, de fortunis perditis, de gloria imminuta, de pecunia dilata, de absen-
42 tia amicorum, flebiliter agentem audivit? Quibus quidem in molestiis tam molliter agit Cicero, ut quantum stilo delector tantum sepe sententia offendar. Adde litigiosas epystolas et adversus clarissimos atque ab eodem paulo ante laudatissimos viros iurgia ac probra, mira cum animi levitate; quibus legendis delinitus pariter et offensus, temperare michi non potui quominus, ira dictante, sibi tanquam coetaneo amico, familiaritate que michi cum illius ingenio est, quasi temporum oblitus, scriberem et quibus in eo dictis
43 offenderer admonerem. Que michi cogitatio principium fuit ut et Senece tragediam que inscribitur *Octavia*, post annos relegens parili impetu eidem quoque, ac deinde, varia occurrente materia, Varroni Virgilioque atque aliis scriberem; e quibus aliquas in extrema parte huius operis inserui, que, nisi premonitum, lectorem subita possent admiratione perfundere; quedam in illo publico in-
44 cendio periere. Talis ille vir tantus in doloribus suis fuit; talis ego in meis fueram. Hodie, ut scias presentem animi mei habitum— neque enim invidiosum fuerit id michi tribuere, quod imperitis

item dated with its year.[28] So I am resorting to excuses as my 40
weapons. Fortune has wearied me with a long and desperate battle. While I had spirit and courage I myself resisted and urged others to resist. When my step and spirit began to totter under the force and pressure of my enemy, my proud speech fell from me and I lapsed into those laments which now offend me. Let my 41
friends' loyalty excuse me in this failing, since I never groaned at any wound of fortune while they were safe, but soon when they were almost all crushed by the same calamity, with the world dying as well, it seemed inhuman rather than brave not to be distressed. Before these years who ever heard me lament about exile, sickness, trials, elections or any disturbances in public life; who heard me arguing with lamentations about my father's estate, my lost fortunes, my reduced glory, my delayed income, the absence of my friends? Cicero speaks so weakly in such misfortunes, that I 42
am as often offended by his thoughts as delighted by his style. Add to these his quarrelsome letters and abuse and reproach against the most distinguished men, passionately praised by him a little before, with such amazing volatility of spirit; I was equally charmed and offended by reading these, and could not restrain myself from writing to him under the command of anger, as if to a contemporary friend, with the familiarity that I feel with his mind and almost forgetful of the centuries separating us, nor from scolding him for the opinions which offended me.[29] This reflection 43
was the starting point for my writing with the same spirit to Seneca after having reread his tragedy entitled *Octavia* after some years,[30] and then as different material came my way, moving to Varro, Vergil and others: I inserted some of these letters in the last section of this work, which could flood the reader with amazement if he was not forewarned; some of them perished in that public conflagration. That great man acted in this way in his dis- 44
tress; I acted in mine in the same way. Today—to inform you of my present state of mind—it would not be unfair to attribute to

evenire ait Seneca—, factus sum ex ipsa desperatione securior. Quid enim metuat, qui totiens cum morte luctatus sit?

Una salus victis, nullam sperare salutem.

Animosius in dies agere videbis, animosius loqui; et siquid forte stilo dignum se obtulerit, erit stilus ipse nervosior. Multa sane se offerent: scribendi enim michi vivendique unus, ut auguror, finis
45 erit. Sed cum cetera suos fines aut habeant aut sperent, huius operis, quod sparsim sub primum adolescentie tempus inceptum iam etate provectior recolligo et in libri formam redigo, nullum finem amicorum caritas spondet, quibus assidue respondere compellor; neque me unquam hoc tributo multiplex occupationum excusatio liberat. Tum demum et michi immunitatem huius muneris quesitam et huic operi positum finem scito, cum me defunctum et cuntis vite laboribus absolutum noveris. Interea iter inceptum sequar, non prius vie quam lucis exitum operiens; et quietis michi
46 loco fuerit dulcis labor. Ceterum, quod et rethores et bellorum duces solent, infirmioribus in medium coniectis, dabo operam ut sicut prima libri frons, sic extrema acies virilibus sententiis firma sit; vel eo amplius quo vivendo magis ac magis induruisse videor contra impetus atque iniurias fortune. Denique quis inter experimenta rerum sim futurus, profiteri minime ausim; sed hoc animo sum, ut nulli amplius rei succumbam:

Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruine.

Ita me Maronis Flaccique sententiis armatum scito, quas olim

me what Seneca says happens to the inexperienced—I became more carefree out of sheer desperation.[31] What should a man fear, who has struggled so often with death?

There is one salvation for the losers, to hope for no salvation.[32]

You will see me behaving and speaking with more spirit from day to day, and if something worthy of my pen offers itself, my pen itself will be more energetic. And clearly many things will occur, for the same end, as I hope, will come to my writing and my living. While all other things reach an end or are anyway destined to 45
do so, the affection that binds me to my friends promises no end to this work, taken up at scattered intervals in the time of my first youth and which I am now collecting and reducing to the form of a book in my advanced age: in fact this affection compels me to an uninterrupted exchange with my friends, nor does the excuse of my many different occupations release me. I want you to know that I shall only seek immunity from this offering and an end to this task when you can be certain I am finished and acquitted of all the toils of life. Meanwhile let me continue the journey I have begun, the path of which will end not earlier than the one of my life, and the sweet toil will be like repose for me. For the rest, as 46
orators and commanders do, putting their weaker elements in the center, I will take pains that the first rank of the book and its last battle line will be strong in manly judgments; the more so because in living on, I seem to have become increasingly hardened against the attacks and injustices of fortune. In short I would scarcely dare to claim what I shall become among the experiences of life, but I am so minded as not to yield to any further eventuality.

If the shattered world collapses
its ruins still will strike him undeterred.[33]

I wish you to know that in such a way I am armed by the judgments of Horace and Vergil, which I read long since and often

lectas et sepe laudatas, nunc tandem in extremis casibus meas facere ipsa inevitabilis fati necessitate didici.

47 Dulce michi colloquium tecum fuit, cupideque et quasi de industria protractum; vultum enim tuum retulit per tot terras et maria teque michi presentem fecit usque ad vesperam, cum matutino tempore calamum cepissem. Diei iam et epystole finis adest.

